

**READING 46** Cicero, in his treatise on Old Age, relates a story credited to Lysander, a Spartan general who defeated the Athenians. Lysander spoke about a time when the Spartans showed proper respect for an elderly Athenian man, when the Athenians themselves did not.

Lysander Lacedaemonius dīcere solitus est Lacedaemonem esse honestissimum

**domicilium** senectūtis: nusquam enim tantum tribuitur aetātī, nusquam est senectūs

honōrātior. equidem trāditum est, cum Athēnīs lūdīs quīdam in **theātrum** grandis nātū

vēnisset, magnō consessū locum nusquam eī datum [esse] ā suīs cīvibus. cum autem ad

Lacedaemoniōs accessisset, quī, lēgātī cum essent, certō in locō consēderant, consurrexisse

omnēs illī dīcuntur et senem sessum recēpisse. quibus cum ā cunctō consessū plausus

multus datus esset, ex eīs quīdam dīxit Atheniensēs scīre, quae rēcta essent, sed facere

nōlle.

*Vocabulary:*

Lysander, -drī, <i>m.</i>	Lysander	grandis, -e	old
Lacedaemonius, -a, -um	Spartan	consessus, -ūs, <i>m.</i>	crowd
Lacedaemōn, -onis <i>f.</i>	Sparta	magnō consessū ( <i>abl. absolute</i> )	“although the crowd was big”
domicilium, -iī, <i>n.</i>	home, dwelling place	accēdō, -ere, -essi	to approach, come near
senectūs, -tūtis, <i>f.</i>	old age	consīdō, -ere, -sēdī	to be seated, settle
nusquam (adv.)	nowhere	consurgō, -ere, -surrexī	to stand up together, rise (up) together
tribuō, -ere	to give, show	sessum	<i>supine from</i> sedeō
honōrātus, -a, -um	honored, respected	plausus, -ūs, <i>m.</i>	applause, clapping
Athēnae, -ārum, <i>f.</i>	Athens	Athēnienses, -ium, <i>m.</i>	the Athenians
lūdus, -ī, <i>m.</i>	game (Panathenaic festival in honor of Athena)		
theātrum, -ī, <i>n.</i>	theater		